

te anime mee, villam quam vocant ambrosero, ecclesie beate Marie de Naiera, et ecclesie sancte Marie de portu, et vobis domino Raimundo camerario, et monachis ibi deo servientibus tam presentibus quam futuris, do inquam supradictam villam, cum terris, cultis: et incultis, cum pratis, et pascuis, cum molendinis, et piscariis, cum fontibus, et montibus, cum ingressibus et regressibus, ut habeatis et possideatis, vos et successores vestri, in perpetuum: quantum ibi habeo vel habere debeo, ut faciatis de illa villa: quicquid vobis placuerit, supignorando vel concambiano, et hoc facio libenti animo, ac spontanea voluntate, pro anima matris mee, cujus corpus requiescit in ecclesia beate Marie de Naiera, et pro bono servitio quod mihi fecistis et et facitis, et est supradicta villa in asturiis: juxta villam que dicitur barcena, et hoc meum factum semper sit firmus, et hoc facio cum consilio et voluntate domni Lupi comitis, et domni albari petriz. Siquis vero de mea progenie vel de extranea hoc meum factum temptare voluerit: sit a deo maledictus et excommunicatus, et cum juda domini traditore: in inferno dampnatus, et sicut dathan et abiron quos vivos terra absorbit, apud inferos demergatur, et insuper pectet in coto, regie parti: M libras auri purissimi, et quod invaserit: in dupplum restituat, in tali et simili loco. Facta carta, II.<sup>o</sup> Nonas augusti. ERA M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup> Regnante Rege Adefonso in castella et in Naiera, et in Asturiis. Et ego Rex Adefonsus, qui hanc cartam fieri jussi: manu propria roboro et confirmo. *Signatura*: Signum Regis Aldefonsi. *A la derecha*: Petrus garciez maiordomus curie regis confirmat. *A la izquierda*: Rodericus gundissalvez armiger Regis conf. *Subscripciones*: *Primera columna*: Johannes toletanus archiepiscopus et hispaniarum primas conf. Petrus burgensis episcopus conf. Sancius avilensis episcopus conf. Rodericus calagurrensis episcopus conf. Johannes oxomensis episcopus conf. Raimundus palentinus episcopus conf. *Segunda columna*: Comes Lupus conf. Comes Nunius conf. Albarus petriz conf. Gomez Gonzalvez conf. Gundissalvus roderici conf. Gomez garciez conf. *Final*: Raimundus Cancellarius Regis scripsit hanc cartam.

#### D. VII

Es el mismo que el documento III, salvo algunas pequeñas diferencias:

La palabra SERVIENTIBUS se encuentra después de *ibidem deo*, no después de BENEDICTI.

Dice NARIA siempre en vez de *Najara*, o *Naiara*.

Pone IANIZ en *Salinas de Yaniz*,

ÇENESTAZA en vez de *Genestarza*.

DATHAN en vez de *Datan*.

BURÇOS en vez de *Burgis*:

TRADIDERUNT por *rrediderunt*.

CALAÇORRITANUS por *calagurritanus*.

FERRANDEZ por *fernandez*

#### D. VIII

*Crismón.* Sub nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. Quam brevis est et fragilis hominum vita, et numquam pro dolor! in eodem permanet statu, que nostris laudabiliter sunt gesta temporibus, decenti consilio, posterorum curavimus memorie commendare. Ego humilis Stephania dei gratia Regina, olim bone memorie Regis Garsie filii regis sancii uxor, omnipotentis dei aspiratione permota, mihi et meis cupiens in hoc antecessoribus providere, quosdam fugitivos a sedibus propriis expulsos, in quadam serna, cujus vocabulum est la serna de sancto vincentio, que est prope domum sancti iuliani de soiola, ad ipsam pertinens domum, cujus magnitudo est de vinea de blasco azenariz usque ad cabezo de la rade, cum consilio omnium fratrum in Najarensi ecclesia habitantium, et cum consilio omnium filiorum meorum decrevi pro anime mar[i]ti mei Regis Garsie, et animarum predecessorum meorum remedio: misericorditer populare. Igitur do vobis exulibus in populatione ad colendam illam sernam que est super medrano et que dicitur de la quintana, et illam que est subtus medrano, et que dicitur de sebarante, et tenet de sancta columba usque ad sanctum ciprianum, et illam que est ultra antelenam, et que dicitur de frexenus, et illam que est ad pedem de daroca, et dicitur la serna de val de daroca, et dono vobis ut habeatis plenariam partem cum villis de campo, scilicet cum fonte majore, cum coscujos, cum fornos, cum medrano, cum villiela, cum antelena, in exitibus, in pascuis, in aquis, in montibus, in prafis, in fontibus, et in omnibus terminis, ut ipsi vobiscum et vos cum eis terminum pacifice possideatis. Ingenuitatem vobis talem do, ut nulli hominum nisi domino domus soiole serviat, et hoc videlicet servitio, ut unusquisque vestrum domino soiole sex nummos et sex operarios ad quodcumque eos voluerit accipere annuatim persolvatis. Decimas, primicias, vota, oblationes, domui soiole reddatis. Nullam vendendi subpignorandi, aut alienandi de predictis sernis licen-